Fragmentarium

Num 35.22

percuſſus interierit. percuſſoris
ſanguine uindicabitur, Propin
quus occiſi. homicidam interfici
et. ſtatim ut adprehenderit eum
percudet, Si per odium quis hominem
inpulerit. uel iecerit quippiam
in eam per inſidias. aut cum eſſet
inimicus manu percuſſerit. et ille
mortuus fuerit. percuſſor homici
dii reus erit, Cognatus occiſi.
ſtatim ut inuenerit eum iugulabit,
22 Quod ſi fortuitu et abſque odio et ini
micitiis quicquam horum fecerit.
et hoc audiente populo fuerit con
probatum. atque inter percuſſorem
et propinquum ſanguinis queſtio
uentilata, Liberabitur innocens
de ultoris manu. et reducitur per ſen
tentiam in urbem ad quam confuge
rat, Manebitque ibi donec ſacer
dos magnus qui in oleo ſancto unctus
eſt. moriatur, Si interfector ex
tra fines urbium quae exulibus
deputatae ſunt fuerit inuentus.
et percuſſus ab eo qui ultor eſt. abſque
noxa erit qui eum occiderit, De
buerat enim profugus. uſque ad mor
tem pontificis in urbem reſidere,
Poſt quam autem ille obierit. homici
da reuertitur in terram ſuam,
Haec ſempiterna erunt et legiti
ma. in cunctis habitationibus
ueſtris. Homicida. ſub teſtibus puni
etur, Ad unius teſtimonium. nullus

condemnabitur, Non accipietis
pretium ab eo qui reus eſt ſan
guinis. ſtatim et ipſe morietur,
32 Exules et profugi ante mortem pon
tificis. nullo modo in urbes ſuas
reuerti poterunt, Ne polluatis
terram habitationis ueſtrae. quae
inſontium cruore maculatur,
Nec aliter expiari poteſt. niſi per eius
ſanguinem qui alterius ſangui
nem fuderit, Atque ita mundabi
tur ueſtra poſſeſſio. me commo
rante uobiſcum, Ego enim ſum
dominus. qui habito inter filios iſrahel,

cap XXXVI

Acceſſerunt autem et principes fami
liarum galaad. filii machir. filii
manaſſe. de ſtirpe filiorum ioſeph,
Locutique ſunt moſi. coram princi
pibus iſrahel. atque dixerunt, Tibi do
mino noſtro praecepit dominus ut ter
ram ſorte diuideret filiis iſrahel.
et ut filiabus ſalphat fratris noſtri
dares poſſeſſionem debitam patris.
Quae ſi alterius tribus homines uxo
res acceperint ſequitur poſſeſſio ſua.
et tranſlata ad aliam tribum
de noſtra hereditate minuitur,
4 Atque ita fiet ut cum iobeleus id eſt
quinquageſimus annus remiſſio
nis aduenerit. confundatur ſor
tium diſtributio. et aliorum poſſeſ
5 ſio ad alios tranſeat, Reſpon
dit moſes filiis iſrahel. et domino
praecipiente ait, Recte tribus

Num 36,5

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29260(1, 13v – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-4bhc/10118/73642)